

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 3. An jejunia illa obeunda sint omnibus qui Jubilæo potiri volunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Q. 2. Quot jejunia præscribantur, &
quibus diebus?

R. Tria; Feriis tribus in Bullâ de-
signatis, scilicet quartâ, sextâ, & sab-
batho; & quidem intra eandem septi-
manam, ut satis indicant verba Bul-
la, & communis sensus & praxis.

Quare non videtur sustinenda o-
pinio (quam putant probabilem, li-
cet suadeant non practicandam, Bon-
nacina q. 1. pu. 5. n. 34. sub finem, Ca-
stropalao pu. 12. §. 3. n. 20. Dicastil-
lo De Pœnit. tr. 9. n. 355.) posse scili-
cet ista jejunia dividiri in duas hebdo-
madas.

Q. 3. An jejunia illa obeunda sint om-
nibus qui Jubilæo potiri volunt?

R. Cum communī affirmatiōne
nimen enim eximit Bulla. Quare te-
nentur jejunare, etiam pueri, etiam
senes, infirmi, &c. nisi propter im-
potentiam physicam aut moralem,
seu notabilem admodum difficulta-
tem, aut grave detrimentum, com-
mutet Confessarius in aliud opus, uti

H. 2. potest

172 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
potest & alia præscripta, ex indulto
Bullæ.

Quid dicendum de agricolâ, aut alio
operario, qui propter laborem, quem ex
necessitate alendi se vel uxorem, aut fami-
liam suam, subit, jejunare non potest?

R. Id esse justum impedimentum,
seu impotentiam, ob quam potest
Confessarius jejunium in aliud com-
mutare. Ita Navarrus de Orat. Miscell.
60. Emm. Rodriquez Sum. c. 184. n.
10. fine. Reginaldus l. 7. n. 185. Go-
bat n. 211. qui opinatur hoc etiam ex-
dendum ad illum, qui laborem cum
jejunio incompossibilem obit, non
ex necessitate, sed ob magnam utili-
tatem spiritualem, vel temporalem.

S E C T I O VI.

D E E L E E M O S Y N A.

Q U A E S T. I. Qualis præscribatur
Eleemosyna pro Jubilæo?

RESP. Præscribitur eleemosyna
non spiritualis, quæ fit docendo ne-
cessa-